

Anno Domini MDXLVIII. hor. XIX. Vitue Serenissi-
mus Dominus Sigismundus II. Augustus, Rex Poloniae, Con-
jugem suam Barbaram Radiviloniam Viduam Lituanam
contracto antea cum illa Matrimonio Solenniter ad se in Ar-
cem Vithensem recepit, ad mutuam commansionem.

Gratulatio Canonorum Sandomiriensium Sandomitica
dicta, ad Sigismundum II. Regem Poloniae ex Litua-
nia Cracoviam euntem ad Sepulturam Regis Patris
sui.

Alii alius de causis Rex Potentissime adventanti Regiae
Mti tuae hoc in Regnum jam olim Mti tuae destinatum vo-
tibus et festivis gratulationibus instructi alacres, occurrunt o-
mnes uno ore et summo consensu Regiae Mti tuae Regni Gu-
bernacula et Reipublicae hujus administrationem reverenter de-
ferentes, ut novo, et auspiciatissimo Regiae Mti tuae Imperio,
maior publicus haustus morte, Sancti, prudentis, et moderati
Regis optimi, Regiae Mti tuae, et hujus Patriae Parentis levi-
atur, luctusq; letitia mutetur, quando quidem ille semel ex-
hae luce sublatus universi populi viam Ingressus amplius
huius revocari non potest, nosq; potius ibimus ad eum ille vero
non revertetur ad nos. Nos tandem qui Christi ejusq; Spon-
sa Ecclesiae ministri habemus, in hoc tantum in conspe-
ctum Regiae Mti tuae venire non dubitavimus, ut gratiam
et Pacem a Deo, et Patre Dni nostri Iesu Christi Regiae
Mti

tunc a nimis precaremur, cuius cum Regia M^{tas} tua Vic-
 carias in terris sibi subjectis partes gerit, Principes enim De-
 os sedici norunt in scripturis quod in populo Dei vices ejus
 obeant, primam curae suae Regiae partem in hoc ponere
 debet, Regia M^{tas} tua ut Deo et Religione rem hanc pu-
 blicam administret, gubernet, et alat, utq; in populo Dei Re-
 ligio sine superstitione valeat, vigeatq; Nam cum omnia,
 tum Regia potestas a Deo est, ejus itaq; gloria Regia M^{tas}
 tua imprimis inservire debet. Dicit in scripturis Deus, glori-
 ficantes me glorificabo, contemnentes me reddam contem-
 ptos, longum esset ex scripturis Divinitus inspiratis omni-
 um piorum Regum exempla colligere, quibus rerum gerenda-
 rum omnium finis non fuit alius, quam conservatio vericul-
 tus Dei, et Vitae probe in populo. ex his tamen vel unum Re-
 gem Josiam imitandi sibi proponeri velit M^{tas} tua Regia
 qui reperto legis libro hoc est sincero et solido verbo Dei illud
 solum in coetu populi, in Domo Domini legi curavit, Immo-
 vero ipsemet legit, cunctasq; abominationes, et parvas su-
 perstitiones ex omnibus regionibus filiorum Israel adhor-
 mam unius verbi Dei vivere. Hujus s. et cordati Regis e-
 xemplo si Regia M^{tas} tua, fucos ex alveariis Ecclesiae Dei
 explodet, si Praesbyteros, qui bene praesunt in sermone et
 Doctrina benigne complectatur. Si canonicam Scripturam quae
 sola est regula Duxq; recte vivendi humanis viventis obscu-
 rari non patietur, si Viris belli et Pacis artibus claris su-
 am in Republicam dignitatem suosq; honores restituet,
 reliqua omnia M^{ti} tuae prospere evenient, sagittae Regiae
 M^{tis} tuae peracute erunt, Cor hostium configent, Popu-
 li subte cadent, dissipabuntur inimici tui, et fugient qui
 derunt te a facie tua, socium Regiae Majestatis tuae in
 sempiternum habit, siquidem dilexeris in Iustitiam et odoris
 iniquitatem igitur jam prospere procede et Regna, benedixit
 te Dominus et custodiat te, ostendat D^{ns} faciem suam tibi et
 misereatur tui, convertat Vultum suum ad te et Det tibi Pacem.